

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA FABIANI PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

autē omnibus quoniam tua sunt domine, qui animas amas. Ideoque hos qui exerrāt partibus corripiis, & de quibus peccant admones & alloqueris, ut relicta malitia credāt in te domine. Tu autē deus noster suavis & verus es, paties & in misericordia disponēs omnia. Et enim, si peccauerimus tui sumus scientes magnitudinē tuam. Et si non peccauerim⁹, scimus quoniam apud te sumus cōputati. Spiritus timētium dominum queritur ab eo, & in respectu illius benedicetur. Quapropter fratres charissimi omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat, sed si quis bon⁹ est ad edificationem oportunitatis ut det gratiam audientibus, & nolite cōtristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in diē redēptionis. Ois amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cū omni malicia. Estote autem inuicē benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē & ois immūdiā aut auaritia nō noietur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rē nō pertinet, sed magis gratiarū actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus nō habet hereditatem in regno christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie, nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre, nūc autem lux in domino ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autem que arguuntur a lumine manifestantur, omne enim quod manifestatur lumen est, propter quod dicit, surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te christus. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes, redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes que sit volūtas dei, & nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis hymnis & canticis spiritalibus, cantātes & psallentes in cordibus vestris, domino gratias agentes semper, pro omnibus in nomine domini nostri Iesu christi deo & patri subiecti inuicem in timore christi. ¶ State itaque fratres, & tenete traditiones apostolorū & apostolice sedis, ut dominus noster Iesus christus & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem eternam, & spem bonā in gratia, exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere & in sermone bono. De cetero fratres orate pro nobis ut sermo domini currat & clarificetur sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Nō enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit vos, & custodiet a malo. Quapropter ponite indefinēter corda vestra in virtute dei & resistite semp malis & enarrate hec, iuxta vocē prophete in pgenies alteras, quoniam hic est de⁹ deus noster in eternū, & ipse reget nos in secula. ¶ Vnde vos qui in specula a dño estis cōstituti comprimere & repellere eos summope debetis qui fratribus insidias parāt, aut in eos seditiones & scādala excitant, facile est enim hominem verbo fallere, sed nō dominū. Ideo hos reprehendere & ab his vos auertere oportet, quatinus extincta funditus hmoi caligine lucifer eis resplendeat & letitia oriatur in cordibus eorum. Confidimus autem de vobis fratres in dño quoniam que pcepimus & facitis, & facietis. Quāto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tāto maiore vicissitudinē ab omnipotēti deo cui seruiūt expectatis. Omnipotēs deus sua vos ptectione custodiat, honoreq; preceptūq; seruare cōcedat & gloria honorq; deo patri omnipotēti, eiusq; vnigenito filio saluatori nostro cum spiritu sancto sit in secula seculorum. Amen.

INCIPIVNT DECRETA FABIANI PAPE.



CUNCTARUM VBIQUE CATHOLICE ECCLESIE comministris Fabianus, salutem in domino. Diuinis preceptis & apostolicis monemur institutis, ut pro cunctarum ecclesiarū statu impigro vigilemus affectu, vnde consequens est debere vos scire, que apud romanam in sacro aguntur ritū ecclesiam, ut ei⁹ sequentes exempla eius veri filii inueniamini, que vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis sicut a patribus accepimus habem⁹ qui p singulas ebdomadas & dominicos dies atq; festiuitatum sollemnia cum subdiaconibus & acolitis ac sequētium ordinū ming. iiii.

nistris iniuncta sibi obseruant ministeria & parati oī hora sint ad diuinū officiū & quicquid eis iū-
gitur peragendum. Similiter & vobis prout oportunum fuerit per singulas ciuitates est faciendum,
vt diuinum absq; vlla mora & negligentia studiose ac solēniter agatur officiū. Deniq; septem si-
militer subdiacones ordinauim⁹ qui septē notariis iminerēt & gesta martyrum veraciter in integro col-
ligerēt nobisq; rimanda manifestarēt, quod etiā vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua
ex his dubitatio fiat questioq; oriatur, quoniam omnia que scripta sunt, ad nostram doctrinam scri-
pta sunt. Et que nris tpiibus veraciter scribuntur ad futurorū doctrinā diriguntur. Et ideo fidelissimis
hec negocia cōmitti p̄cipimus ne aliqua in eis illusio inueniatur ex qua fidelib⁹ scādalum (qd absit)
oriatur, vnde & charitate vestra paterna dulcedine petim⁹ vt i cūctis affectū vre charitatis sancta mō
ecclesia iueniat & fauoris vri solatiis quocūq; necesse fuerit potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de
se nobis certitudinē p̄bet, vt in nullo diffidere debeam⁹ de ea, sed magis vt sapiētibus filiis ecclesie no-
stre, hec fidutialiter cōmēdam⁹ ita postpositas oportunitatis occasiones vestra efficacīa elaborare eni-
xius debet atq; in modis qbus possibile fuerit omni studio abigere cōtumelias. Hortamur etiā vos
iuxta dictum apostoli stabiles esse, & immobiles abundātes in opere domini semper sciētes quod la-
bor vester nō est inanis in dño. & alibi, vigilate & orate & state in fide viriliter agite, & confortamini
omnia vestra in charitate fiat. **A** Insup & illud vos scire desideram⁹, quia nris tpiibus p̄peditib⁹
quidem nostris peccatis suadēte antiquo hoste qui semp vt leo rugiēs circuit querēs que deuoret. Su-
peruenit nouatus ex africa, & separauit de ecclesia christi nouatianū & quosdē alios xpī cōfessores, &
cōuertit in prauā doctrinam. A quib⁹ vos fratres auertite & caute ab omnib⁹ qui alterā fidē & do-
ctrinam tenēt quam apostoli & successores eorū tenuerunt, & docuerūt ne (quod absit) post eū abeū-
tes in laqueum sathane cadatis & cōpedibus eius detineamini. Vnde fraternitatis vestre charitatem
intimis obsecramus precibus, vt nostre paruitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemi-
ni, orātes ac deprecātes dñm celi, vt tam nos quam sancta mater ecclesia christi precioso sanguine re-
dempta a laqueis venātis sathane & ab importunis & malis hominibus liberemur, & sermo dei cu-
rat, & clarificetur, & praua eorū & omnium peruersa docētium corruat doctrina atq; deficiat. Pres-
camur etiam vt pietatis vestre precibus impetrare studeatis, vt deus & dominus noster Iesus christ⁹
qui vult omnes homines saluos fieri & neminē perire sua ingenti omnipotentia reuerti faciat corda
eorum ad sanam doctrinā & catholicā fidē, quatinus respiciāt a diaboli laqueis quibus capti tenē-
tur, et aggregētur filiis matris ecclesie, reminiscetes quoq; fratrum vestrorū miseremini illorum qui-
bus potestis bonis studiis vestris ne perdātur, sed et precibus et aliis bonitatis vestre studiis domino
saluetur. Ita ergo ex his agite, vt obediētes filii et fideles scēte dei ecclesie appareatis, et vt mercedis pres-
mia percipiat. **B** Hi & oīs qui rectā non docēt doctrinā vel rectā nō tenent fidem accusatores ne-
minē recte credētū accusare possunt, quia infamia sunt notati, et a sinu sancte mris ecclesie apostoli-
co muctōne vsq; ad rectam cōuersationē et reuersionē eorum abscisi. vnde apostolica auctoritate cū
omnibus eiusdē apostolice atq; vniuersalis ecclesie filiis statuētes sancim⁹, vt oīs qui in catholica fide
suspecti sunt in accusatione recte credētū nō suscipiantur, quia suspensiones semp sunt amouēde. Me-
rito ergo eorū reprobatur accusatio qui in recta fide suspecti sunt, nec eis oīno esse credēdū qui trini-
tatis fidē ignorāt. Similiter oīs quos sanctorū patrū statuta tā p̄teritis quā futuris tēporibus anathe-
matizāt submouem⁹, & ab omni accusatione fidelū alienam⁹. Discreti ergo semp debēt esse fideles
ab infidelib⁹, & iusti ab iniustis, quoniam infideles & maliuoli modis qbus pnt semp infestant fideles &
pdere nituntur, & ideo nō sunt suscipiēdi sed repellēdi & pcul abiciēdi ne pdere fideles aut infama-
re possint. Quapropter charissimi caute taliū foueā in quā multos cecidisse cognouimus caute ta-
liū iacula & antiq; hostis tētamenta p que etiā pprios ppriū corā nobis vulneratos cadere vidim⁹.
Attēdite laqueos insidiātium quibus notos & cōmiliones strāgulare solēt. Nolite tales sequi sed p-
cul repellite eos. Estote iuxta veritatis vocem prudentes vt serpentes, & simplices vt colūbe. Videte
ne in vacuū quoq; curratis aut laboretis, sed alterutrum sulti precibus & orationibus voluntatē dei
facere contendite, et a memoratis si incorrigibiles apparuerint vos in omnib⁹ separate. Similiter et
ab omnibus quos apostolus cōmemorat dicēs, cū eis nec cibū sumere, quia & illi sicut & isti sunt repel-
lendi et ante satisfactionem ecclesie nō sunt suscipiēdi, quoniam illi cum quib⁹ cibum sumere non li-
cet manifeste apparēt sequestrati vsq; ad satisfactionē a reliqs fratribus, quamobrem nō debent nec
possunt in accusatione infidelium suscipi, sed etiā ab eorum consortio vsq; ad iam dictā satisfactio-
nem repellī, ne similes eis efficiantur aut eorum excommunicationi subiaceat, quoniam sic aplī statuerūt
dicentes

dicentes. Cū excommunicatis non est comunicandum, & si quis cū excoīcatis auertendo regulas scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut orauerit, ille cōione priuetur. Tales ergo i omni bus sunt cauēdi & nō suscipiēdi, quia iuxta aplm nō solū qui faciūt dānātur, sed qui cōsentiūt faciēti bus. Vñ & beatus apostolorū princeps Petrus in ordinatione Clemētis alloquens populū inter cete ra ait, Si inimicus est iste Clemēs alicui pro actibus suis vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat cū illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & volūtati ei⁹ absq; cōicatione obsecūdare & auertere vos ab eo cui ipsū sentitis aduersum, sed nec loqui his quib⁹ ipse nō loquitur, vt vnusq; qui in culpa est, dum cupit omnium vestrū amicitias ferre festinet citius reconciliari ei qui omnib⁹ preest, & p hoc redeat ad salutem cū obedire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse nō loquitur, vnus est & ipse ex illis qui exterminare dei ecclesiam volunt, & cū cor pore vobiscum esse videatur mente & animo contra vos est, & est multo nequior hostis hic quā illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt, hic enim per amicitiarum speciem que sunt inimica gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat. **I**deoque charissimi his apostolicis institutis vos monētes instrui mus, vt effecta certior caritas vestra solliciti⁹ deinceps agere studeat & cautius, ne peruersi & infide les homines ledēdi fideles ac beniuolos habeāt facultatem, quoniam spes talium & omnium impio rum tanquā lanugo est que a vēto tollitur, & tanquā spuma gracilis que a procella dispergitur, & tā quam fumus qui a vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnus diei pretereūtis. Sumo pere charissimi tales cauendi sunt, & auertendi atq; reiiciendi si nocentes apparuerint, quia nō solū ecclesiastice sed etiam seculi leges se nocētes non suscipiūt, sed repellūt. Vnde scriptum est, os impio rum deuorat iniquitatem, & dominus per prophetam loquitur dicens. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, & cum electo electus eris, & cum viro nocenti nocens eris, & aposto lus inquit. Perue rterunt bonos mores colloquia mala. Idcirco vt p̄libatum est, iam mali sunt semp cauendi, & bonis atq; beniuolis est inherendum, vt periculum desidie quantum possumus decline mus. Et ne pestis hec latius diuulgetur seueritate qua possumus abscindamus, quoniam nō temeri tias interuenit presumptionis vbi est diligētia pietatis. Agat semper vnusquisq; vestrum hac infor matione apostolica fultus iuxta vires suas, & fraterna dilectione & sancta religione mores proprios conseruare & in cōmune alterutrum adiuuare, & in charitate permanere, & in dei voluntate indefi nanter studeat inherere vt simul laudantes dominum indefessas semp illi gratias agamus. Valete in domino charissimi & predicta vt melius potestis domino opem ferente adimplere studete. Da ta kal. Iulii. Maximio & Africo. iiii. consulibus.

A

EPISTOLA CVIVS SV

PRA AD OMNES ORIENTALES EPISCOPOS.

FABIANVS EPISCOPVS VRBIS ROME OMNIBVS B



orientalibus episcopis, & cunctis fidelibus in domino salutem. Exigit dilectio ve stra sedis apostolice consulta, que vobis denegare non possumus nec debemus, hoc autem & predecessores nostros multarū regionum episcopis egisse liquet, & nos q in eadem sede dño largiente collocati sumus agere debere fraterna charitas & obe diētie debitum compellit. Cura est ergo vestre sollicitudinis adhibenda, vt ea que sunt ab apostolis eorumq; successorib⁹ ordinata, & instigāte sancto spiritu instituta, nec dissimula tio negligere nec aliqua presumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc quod rationis exigebat vtilitas oportuit diffinire ita quod diffinitum est nō debet violari. Literis vestris vero inter cetera insertū in uenimus quosdam regionis vestre episcopos a vestro nostroq; ordine discrepare & nō per singulos annos in cena dñi crisma cōficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti crismatis semel actā cōseruare. Dicunt enim vt in memoratis apicibus reperimus nec balsamū p singulos annos posse re perire, nec necesse fore p singulos annos crisma cōficere, sed dum vna cōfectio crismatis abundat, aliā fieri necesse nō habere. Errat enim qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentiētes hec dicūt. In illa enim die dñs Iesus postq cenauit cū discipulis suis & lauit eorū pedes (sicut a san ctis apostolis pdecessores nostri acceperunt nobisq; reliquerūt) crisma cōficere docuit, ipsa enim la uatio pedū nostrū significat baptismum, qñ sancti crismatis vnctione pficitur, atq; cōfirmatur. Nā sicut ipsi⁹ diei solēnitas p singulos annos est celebrāda, ita ipsius sancti crismatis confectione p singulos